



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi**

**Johannes <Climacus>**

**Coloniae, 1583**

**VD16 J 520**

Vita Ioannis discipuli Senis magni, qui morabatur in vicco Caparasima.  
Capvt LVI.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

cellulam in monasterio. Abbas verò ipsa die dedit mihi librū ad legendum, in quo senum gesta scripta erant. Moxq; vt aperui librū, occurrit oculis capitulū istud, Quod venerit quidam frater ad senem, dixeritque illi: Ora pro me pater: dixerit autem illi senex: Cum esses nobiscum, orabā pro te; nūc autē, ex quo in propria abiisti, nō iā oro pro te. Vt ergo legi ego capitulum istud, plicui librum, & dixi in me ipso: Vē tibi, Irene, quia in propria venisti, nec iam orant pro te patres. Moxque librū Abbati restituens recessi, & veni in loca ista. Et hæc mihi causa fuit, filioli, veniendi in hunc locum.

*Vides, quòd oratio, & glorificatio Dei displicet dæmoni. Ergo placet Deo, iuxta illud: Nō potestis Deo servire, & Mammonæ.*

*Vita Ioannis discipuli Senis magni, qui morabatur in vico Caparasima.*

## CAPVT LVI.

**P**TOLOMAIS ciuitas est Phoenicis. In hac vicus est, qui dicitur Caparasima. In eo vicus senex quidam erat magnus, habebatque discipulum, Ioannem nomine, & ipsum magnum, singularisque obedientiæ. Quadam ergo die misit senex discipulum suum in ministerium, dans ei & modicos panes pro victu suo. Profectus est autem discipulus, & completo ministerio rediit, retulitq; panes. Videns autem senior panes ait ei: Fili, quare non comedisti panes, quos dedi tibi? Prostratus ille coram, senex dixit ei: Ignosce mihi pater: Quia nō benedixisti mihi, cū mitteres me, vt cibum sumerē, idcirco non sumpsi. Admirat⁹ que senex discretionē fratris benedixit eum.

**A**D hunc fratrem post dormitionē senis, cū ieiunaret XL dieb⁹, vox facta est diuinic⁹ dicens:  
Z 4 Super



Super quemcunq; morbum imposueris man-  
curabitur. Mane autem facto, per dispensa-  
tionem Dei. Ecce homo quidam cū vxore veniebat  
cuius mammillam cancri morbus consumebat.  
Rogabat ergo illum vir eius, vt vxorem suam ce-  
raret. Qui cū peccatorem se di-cret, & in-  
dignum ad tale attendendum opus, vir ille per-  
sistebat orans, vt annueret sibi, vxorisque sua  
misereretur. Cū verò imposuisset illi manum  
mammillamque signasset, continuo sanata est. Et  
extunc plurima iam per illum signa Deus ope-  
ratus est, non tantū in vita sua, verum etiam  
post mortem.

*miracula que post Sanctorum mortem per eos ad illa-  
orum memorias operatur Deus, splendorem vici-  
lorum aperit confitentur.*

*Mors Symeonis Stylita & de Iuliano Abbate  
etiam Stylita,*

C A P V T. LVII.

**Q**uadragesima ferè mil-  
iaribus ab Aegis ciuita-  
te Ciliciae Stylites erat nomine Symeo. Hic  
fulgure percussus interiit. Abbas ergo Iu-  
lianus Stylites presbyter præter consuetudinem  
suam insolito tempore dixit discipulis suis: Me-  
tite thymiana in thuribulum. Qui dixerūt ei: Dic  
nobis causam, pater: orabantq; vt diceret eis. Seruus  
autem dixit: Quia modò frater meus Symeon a  
fulgure deiectus interiit, & ecce transit anima eius  
cum tripudio, & exultatione. Distabant autem ab  
inui cem milliaribus ferè vigintiquatuor.

C A P V T. LVIII.

**A**bbas Stephanus monaste-ij sancti patris no-  
stri Sabæ Dux & hoc de memorato Abbate Iu-  
liano.